



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

6. An & quando Consuetudo praescriptione tollatur? An simplex tolerantia excuset à legis contraventione? quae actuum frequentia ad praescriptionem necessaria? quod tempus ad abrogandam legem Civilem

...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

6. Modò difficultas restat, quo sensu dicatur consuetudo præscripta, videlicet ut distinguatur à consuetudine facti, quæ imperfecta est, ac veluti via ad præscribendum adversus legem. Et quidem Principe sciente & non contradicente, cùm facilè posset, sufficienter est præscripta, si legi bis tervè contraveniatur. *Azor tom: 1. libr. 5. cap. 27. q. 9. & q. 18. Mascard: Conclus: 424. n. 16. tenentes quod bis, ter fit, fieri frequenter. cap. ita nos 24. q. 2.* (Simplex autem tolerantia non excusat à legis contraventione, quia multa per patientiam tolerantur, quæ tamen non approbantur) *Cap: cùm jam dudum de præbend: §. verum.* Sive rò consuetudo inducatur ignorante Legislatore. *Sot: de justit: lib: 1. q. 7. a. 1.* nonnulli afferunt nullum tempus determinatè sufficere, sed arbitrio prudentis determinandum, ex qualitate negotiorum, & actionum pluralitate. Alii volunt pro lege civili sufficere 10. annos, pro Canonica 40. *Azor sup: cap. 4. q. 4.* sed probabile videtur, quod etiam ad abrogandam legem Canonica consuetudo 10. añorum sufficiat, quia cùm de illa nihil certi & pe-

culia-

culia
tur,
laus
var:
pace.
mini
que
cont
anni
in ho
disp:
clesi
Con
gis,
suffi
C
7. d
petio
riori
cont
tia f
nabi
deci
nite
quò
tra l

culiare jure Canonico statutum reperia-
 tur, censendum videtur ex jure civili; Pa-
 laustom: 2. tr: 10. disp: unica. pan: 4. n. 2. Co-
 var: lib. 1. c. 17. n. 8. Felin: in c. 1. de Tregua &
 pace. num. 13. Less: Suar: nam in obscuris quod
 minimum est, sequimur juxta reg: Jur: 9 ff. Ne-
 que paritas est, quod ad præscriptionem
 contra bona Ecclesiastica requirantur 40
 anni. Panorm: cap. fin: de consuet: n. 11. quia
 in hoc, ut ait Granad: 2. 2. contr: 7. tr: 3 p. 2.
 disp: 16. S. 1. n. 9. præscriptio tollit jus Ec-
 clesiæ in illa bona, etiam illâ nolente;
 Consuetudo verò tollit obligationem le-
 gis, ex tacito Legislatoris consensu, qui
 sufficienter dignoscitur decennio.

Cæterum Palatius in 3. sent: dist: 37 disp.
 7. docet, hujusmodi spatium & præscri-
 ptionem esse necessariam pro foro exte-
 riori, ut Judex judicet pro consuetudine
 contra legem, pro foro autem conscien-
 tiæ sufficere, quod consuetudo sit ratio-
 nabilis; quæ opinio an probabilis sit, alii
 decidant, nam contra illam stant commu-
 niter DD. Suar: lib. 7. de leg: c. 18 asserentes,
 quòd qui introducunt consuetudinē con-
 tra legem, toto tempore, quo consuetu-
 tudo

tudo

do non est legitimè præscripta, peccent; quia nullâ ratione excusantur: Lex enim obligat, dum contraria consuetudo non est legitimâ præscriptione introducta: Quam opinionem pariter extendendam censeo ad casum, in quo lex præscriptioni seu contrariæ consuetudini resistit: nam præscriptio ex Legislatoris seu Principis voluntate vim suam accipit: ergò eo resistente procedere non potest, quare hanc regulam tradunt *Innocentius & Abb. n. 5. inc. ult. Consuetudo contra legem non valet, si lex resistat Menoch. de arbitr. q. libr. 1. Casu 83. Sylvest. verb. Consuet. q. 2. & argum. c. 1. de Consuet. in 6. & c. 1. & 2. de præscript. eodem.*

7. Controverti potest ex principiis prioris theses, an consuetudine immemoriali, id est, cuius initii nulla extat memoria, adversus talem legem præscribi potest? *Resp: 1.* Si lex derogatoria consuetudinis utatur clausula illa generali *Consuetudine quâlibet contrariâ non obstante, & nihil aliud exprimat aut significet, videtur tantùm tollere consuetudines existentes, non autem se extendere ad futuras,*